



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Agnes V. 21. Ianuarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

pervenerunt, quos ipse, quamvis cogitati facinoris minimè ignarus, benignè & accepit & habuit. At illi secundū sacrificium & preces, hospitem suum necant ingratissimi, & ponē caput cereum, uti vivus petierat, statuunt. Is suāpte vi accensus, & jam decrescens, cùm stipulas lectuli comprehendisset, veritus sacrum caput attingere, sponte iterum extinctus memoratur. Corvi interim & ipsi gemini, ac diu è manu Divi diarium accipere soliti, pulchrè se & Patronum suum vindicarunt. Alas quippe, & unguis intentando in oculos, & voce, quā poterant, parvicias clamitando, tamdiu prædones sunt infecuti, quoad in vincula tandem conjecti sunt, post paulum iterū pœnas corvis daturi. Ex Surio.

Si quando animus tuus accepte injuriæ dolore exarserit, fac tibi Christus Christiq; vulnera in mentem veniant, quantulaq; pars hac sit eorum, quæ Dominus tuus perpessus est; hac ratione animi dolorem velut aspersâ aquâ extinxeris. Greg.Naz.in sen.

S. AGNES V.

21.Ianuarii.

AGNES è primâ Romæ nobilitate vix dum annos nata tredecim, candidum pudoris florē sanguinis sui purpurā pinxit. Nam Agno dum nupta dum oblatum à filio Urbi Prefecti thalamū longè repudiat, vestibus spoliata in lustrum abripitur; sed mox ab Angelo bono, divinā luce contra impuros armatur, & veste de cælo data ornatur. Irrumpentem exinde, de quo dixeramus, CHRISTI rivalem, ideoque à malo dæmone suffocatum vitâ iterum donat, & tamen ab Aspasio flammis addicitur, sed quas ad preces virginis cælestis ros illicò extinxit. Gladio denique trajicitur

nova

Ian.
ino-
uit.
item
um,
sus,
pre-
ente
m &
pere
runt.
, &
cam-
tan-
enas

xar-
ntem
inus
elut.

dum
flo-
du-
tha-
rum
luce
n or-
nus,
suf-
asio
s cæ-
citur
nova

12.Ian. VITÆ SANCTORVM. 51
nova urbis Romæ, sed virgo, sed non latro, Lucre-
tia. Porrò dum Emerentiana virgo ad AGNETIS
tumulum precatur, lapidibus obruta suoque lu-
strata sanguine (nam fonte sacro non erat) à paren-
tibus AGNETIS prope filiam conditum; quibus non
multò pōst inter candidatum virginum agmen
AGNES cum AGNO sponso suo visendam se dedit
vetuitque deinceps mōrere, & tam felicem tha-
lamum, quem optimè nupta inscendisset, lacrimis
aspergere. Ex S. Ambr. & Brev. Rom.

Prospectant sancti Angeli tui certaminis exitum, co-
ronas gemmis coruscantes tenentes in manibus, ut illas
perseveranti largiantur. Pudeat te, oro, pudeat in con-
spectu celestis senatus & Imperatoris aeterni segniter
dimicare. B. Justinian. in fascic. amoris.

S. ANASTASIUS MART. 22.Ianuarii.

O pima spolia abstulisse in Persiam se Cosrhoas
putavit, cùm Crucem S. abstulit, sed nimirum
quæ Persiam spoliarent. Sanè multorum fides no-
stra in animum, simul Crux in oculos venit, in-
terque eos ANASTASII celebris magi filii, qui cum
de Cruce Crucisque anathemate multa curiosè
quæreret, jam tum gestiebat magna pati pro maxi-
ma paciente Christo. Itaq; sanctissimus transfuga
Ierosolymæ Christianum, mox monachum in-
duit; nullâ re sic delectatus, uti res fortiter à Di-
vis gestas legendo, martyribus præfertim, quibus
ille tot palmas tyro invidebat, & interea cùm san-
guinem nondum posset, lacrimas ubertim funde-
bat. Ut primū ergo in privato pulvere exercuit
sese, prodiit in aciem ultrò hostem laceffens. Igi-
tur ad latomias damnatus saxa tulit, dein verbera.
at ille supinus membra etiam nuda lubens pul-